

[D]omino<sup>a</sup>) et patri spiritali Urbano sanctę Romanę sedis universali pape. H[ildiboldus] humilis abbas sancti Iohannis baptiste in monte debitam obedientiam cum devotis orationibus et humili servitio. Ex quo divina providentia patrem pacis et gubernatorem ecclesie vos constituit, merito necessitates ecclesiarum ad sinum pietatis vestre referuntur. Ut vero pax earum violata est, auctoritate vestra consolidata reparetur et firma persistat. Venerabilis Misnensis episcopus, quod clero suo resistente ecclesiam suam ordinare non posset et quod a manu laicali<sup>b</sup>) multimodas oppressiones et iniurias sustineret, Magdeburgensi capitulo et confratribus suis episcopis, prelati et clero ecclesiarum frequenter conquestus est. Verum quia nimia contra eum persecutione prevalente, timore uitę ac etiam pro ecclesię suę honore conservando ad pedes misericordie et compassionis vestre confugit, 10 zelo compassionis suę et iniurię nec non consideratione honoris et utilitatis, quam in edificiis et in rebus ecclesię recolligendis ecclesię suę ostendit, pietati et excellentię<sup>c</sup>) vestre pro ipso humiliter supplicamus, quatinus auctoritas et gratia vestra de iniuriis illatis ecclesię suę et ei satisfaciat et non sinat clericalis vel laicalis manus ita ei resistat, quin iura spiritalia libere in dispositione ecclesię suę possit exercere et res temporales ecclesię 15 suę pertinentes, quas laici uiolenter a iurisdictione ecclesię nituntur evellere, quiete possit possidere et ecclesię conservare.

## 175.

*Bischof Iohann von Speyer und Bischof Kuno von Worms treffen einen Tausch wegen Sinsheim und einiger anderer Kirchen ihrer Sprengel. — Zeuge: Wippreth.*

**Mainz, 1099 Nov. 9.** 20

*Gedr.: Remling, Urkundenb. zur Gesch. der Bischöfe zu Speyer 1,68.*

*Anm.: Vergl. Einl. 136 Anm. 133. S. A. 253 Anm. 133.*

— — Ut autem p̄scriptum concambium ratum et inconvulsum in omnes retro-generationes permaneat, confirmatum est assensu Heinrici tercii imperatoris in p̄sencia complurium ipsius principum. Fuerunt autem ibi p̄sentes et consenserunt. Egilbertus 25 Treverensis archiepiscopus, Herimannus Coloniensis archiepiscopus, Harthvigus Magdeburgensis archiepiscopus, Liemmarus Bremensis archiepiscopus, Burchardus Basiliensis episcopus, Otto Argentinensis episcopus, Emechardus Wirtzeburgensis episcopus, Udo Hildesheimiensis episcopus, Fridericus Halverstadensis episcopus, Albewinus Merseburgensis episcopus, Walravanus Einsticensis episcopus, Widelo Mindensis episcopus, 30 Burchardus Monasteriensis episcopus, Heinricus Padelbrunnensis episcopus, Wido Osanburgensis episcopus, p̄terea dux Fridericus, palatinus comes Sigefridus, Cuono filius ducis Ottonis, Gerhardus comes de Gielra, Gerhardus comes Moguntinus, Adelbrath, Burchardus marchio, Wippreth, Heriman.

Factum est Moguncię v. idus novembris anno dominicę incarnationis M<sup>o</sup>XC<sup>o</sup>VIII., 35 indictione VI., anno imperii Heinrici tercii imperatoris augusti.

174. a) D fehlt für eine einzuzeichnende Initiale. b) laicali. c) excellentie.